



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Pigritia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

possunt, ut res ecclesiæ, videlicet res sacrae, vala, & ornamenta ecclesiæ. C. de sacro sancte ecclesie. I. sancimus, nisi ecclesia superflua habeat, & necessitas urgent, & aliunde prouidere non possit ex rebus mobilibus. 10. quæst. 2. canon. hoc ius. & 12. quæst. 2. canon. autum. Item liberi homines obligati non possunt: secundum docto, & qui hominem liberum in pignus accipit, creditum perdit, & aliam tantudem quantitatem tenerit solvete, in authen. vt nulli iudices. §. quia vero, tenet tamen in redēpto ab hostib[us]. C. de ca. & post lim. reuer. I. fin. tamen propter necessitatem famis pater potest obligare filium, & non econtra. C. de patri. qui fil. dist. per totum. magis enim filius obligatur patri, quam pater filio.

⁵ P 1 G N V S accipere est illicitum tribus modis. Primo, si accipitur ad lucrum, quod non computetur in sortem, quia hoc est contra naturalem iustitiam. Secundo, si accipiat in pignus, quod impignorari non potest, ut res ecclesiæ, & que dicta sunt. Tertio, si apponantur pacta prohibita à iure, ut si fiat pactum, quod si debitor certo die non soluat, pignus træseat in feudum. fidei solu. I. Calipodium. & non valet hoc pactum, quia sit fraus legi, valet autem pactum quod amissio pignoris quocunque casu liberet debitorem. C. de pig. ac. I. que fortuitis. Item si debitor obligatur ad non redimendum pignus absoluic, vel usque ad certum tempus sibi præfixum: ar. in ca. precarium. de prec. Item si creditor obligatur ad non vendendum pignus post legitimam interpellationem debitoris. Prædicta igitur in quantum vergunt in damnum creditoris, vel debitoris, sunt contra iustitiam, & in tantum peccata, in quantum proximum damnificant, & iustitiam lèdent: & secundum quantitatem lèsonis, pensanda sunt grauias: quia proprietas lèsonem peccata dicuntur, & sunt.

⁴ Si creditor bona fide vendat pignus minus quam sit creditum, residuum à debitore repetet: si plus, quod superest dabit debitori. I. fin. C. de iur.

dot. Sic enim iustitia seruari videtur æquitas.

⁵ P 1 G N V S per creditorem receptum potest alteri pignorari, ut est text. in I. 1. C. si pignus pignor. dat. sit, & ultra tres vices, tenet Angelus in dicta I. prima contra Speculatorum, & bene potest impignorari, & dum alteri impignoratur, nō debet impignorare quis pro maiori quantitate, quam receperit, aliter contra iustitiam facit.

⁶ C R E D I T O R tenet structus pignoris computare in sortem, non solum quos recepit, sed etiam quos potuit percipere, si ex sua negligencia nō percepit, & quod superest restituere debitori: secundū gloss. in c. cūni contra cod. tit. & Panor. ibi & loan. And. in cap. 1. & 2. de vsu. licet contrariū senserit Holtien. quod ad percipiendos. Verius tamē videtur, quod dicit Cal. videlicet, quod si satisfactum est sorti, tenetur etiam de percipiendis: quia est possessor mala fidei, in non restituendo rem. Si vero non est satisfactū, non tenetur, nisi sit in dolo, vel lata culpa: & sic limita. & concor. lib. 1. & 2. C. de pignor. ac. & Doct.

PIGRITIA.

P I G R I T I A qua homo redditur tardus ad exequendum ea, quæ debet, vel metu laboris, vel difficultatis, peccatum est rationi repugnans: aliquid mortale, quando scilicet est circa materiam necessariam: iuxta notata, supra. Negligentia, per totum. Concord. Caetera. in summa, ver. pigritia. Si vero non sit de necessarijs ad salutem animæ vel corporis, venia le erit, nisi aliquid aliud adiungatur, ut præceptum, vel contemptus, & huiusmodi.

PIRATA.

P I R A T A, id est, latrunculi marinæ (& non fluiales) sunt omnes excommunicati, ex processu curia, supra. Excommunicatio 13. & omnes sunt in damnationis statu, quia contra iustitiam tale opus exercent. Eorum etiam receptores, auxiliatores, cōsiliatores, & fautores sunt excommunicati, secundum loan. Andr. in c. excom-

H 5 mu-